

antennis fuscis, articulo secundo maris crassiusculo latitudini verticis oculique unci aequae longo, duobus ultimis simul sumtis secundo aequae longis; vertice (σ^7) oculo circiter $\frac{3}{4}$ latiore. Long. σ^7 $1\frac{3}{4}$ mm.

Hab. in Algeria (Djebel Amour!, D. de Vauloger, Gueltes-Stel!, D. Dr Chobaut).

Descr.: Species parva, magnitudine *Sth. pusillo* Reut. similis, differt antennis fuscis, vertice angustiore, pronoto magis transverso etc. Caput vertice haud marginato, sed margine tenui, clypeo quam in reliquis speciebus paullo magis prominente. Rostrum articulo primo basin capitis parum superante. Pronotum basi longitudine magis quam duplo latiore, apice longitudine fere dimidio latiore, disco subhorizontali. Membrana cum areolis et venis nigricans, areolis exceptis vivaciter iridescens, angulo basali exteriori hyaline-scente.

6. *Sthenarus flavipes* Reut.

Diagn.: Ovalis, niger vel piceo-niger, nitidus, superne squamulis pallide aureis faciliter divellendis vestitus; capite pronoto circiter $\frac{3}{7}$ angustiore, saepe lateribus ad oculos magis minusve late ferrugineis; rostro pallide flavente, articulo primo nigro; antennis fulvis, illis articulis duobus ultimis fusco-nigris, articulo secundo latitudine capitis parum (φ) vel ad summum $\frac{1}{7}$ (σ^7) longiore, duobus ultimis simul sumtis secundo aequae longis, pedibus cum coxis pallide flaventibus, tibiis spinulis nigris e punctis modice magnis sat remotis nascentibus, anticis solum basi punctis minutis 2–3 instructis, tarsis articulo ultimo nigro-fusco (σ^7 φ). Long. $2\frac{1}{3}$ — $2\frac{3}{4}$ mm.

Var. β : Capite rufotestaceo.

Var. γ : Etiam pronoto apice rufotestaceo vel rufopiceo.

Hab. in Algeria (Djebel Amour, D. de Vauloger, Oran, Mekalis!, D. Bleuse; coll. Puton, Montandon et Reuter).

Descr.: *Sth. bicolori* M. et R. proximus, differt colore capitis et pronoti, a reliquis affinibus colore femorum mox